



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Primus pueritiæ cultus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

*Que eorum  
soboles.*

*Mater se-  
ptennio  
agra.*

*Pater, vxo-  
re mortua,  
Sacris ini-  
tiatur.*

*Indoles Io-  
annis in-  
fantis.*

*Primus  
pueritia  
cultus.*

*Sanctitatis  
futura ar-  
gumenta.*

bus cælestibusque bonis , quām fortunæ fa-  
cultatibus , affluentiores . Liberorum , quos  
quinos propagarunt , mares nempe quatuor ,  
femellam vnam , Ioannes natu maior fuit.  
Eius mater Elisabetha Houia , femina non  
minūs pietate , quām constanti septennalis  
morbi tolerantiâ nobilis , extremū vitæ diem  
clausit Pridie Calendas Decemb. anno 1617.  
quo tempore Ioannes Societatis IESV tyroci-  
nio Mechliniæ erudiebatur. Eius pater Ioan-  
nes , defunctâ vxore , sacris se commendationi-  
bus exercuit Louaniæ in Collegio Societatis ,  
mox Sacerdotio inauguratus , Canonicatū in  
S. Sulpitij (Æde Diesthemij principe) est ade-  
ptus. De Ioanne commemorant ( quod ar-  
gumentum indolis futuræque bonitatis esse  
possit ) numquam in infantiâ fleuisse ; num-  
quam matri , aliisve qui eum educabant , fuisse  
grauem ; ne tum quidem , cùm suum infants  
caput faciesque è scabie duxisset crustam .  
A paruis cœperunt eum parentes in ludum  
litterarium mittere , vt perinde , atque ipsi pue-  
ritiam eius religione Christianisque virtuti-  
bus domi erudierant , ita in scholis Magister  
adolescentiam eius primis Grammaticæ ru-  
dimentis informaret . Annorum septem natu-  
erat , cùm auia aduertens puerum se multo  
semper manè eripere lectulo , interrogat , ec-  
quid ita sollicitus sit . Tum ille aperte , se binis  
ternis-